



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

48. Des Papstes Bonifaz IX. Dispensation zur Vermählung des Burggrafen
Friedrich mit der Prinzessin Elisabeth von Lothringen, am 13. August 1399.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

48. Des Papes Bonifaz IX. Dispensation zur Vermählung des Burggrafen Friedrich mit der Prinzessin Elisabeth von Lothringen, am 13. August 1399.

Bonifacius episcopus servus servorum dei Dilecto filio nobili viro friderico Juniori Burggrauio Nurenbergensi Salutem et apostolicam benedictionem. Romani Pontificis precellens auctoritas nonnulla interdum, que alias forent illicita, personis presertim generis nobilitate preclaris benigne concedit pro tempore de plenitudine potestatis, prout personarum ipsarum et temporum qualitate pensata id in deo nouerit expedire. Cum itaque sicut pro parte tua nobis nuper fuit expositum Tu, qui cum dilecta in Cristo filia nobili muliere Elizabeth, quondam ducis Lothringie nata domicella seu aliqua alia muliere tibi concedenti desideras matrimonialiter copulari tuque cum eadem Elizabeth, Quarto consanguinitatis gradu et cum diuersis aliis mundi Principibus certis consanguinitatis seu Affinitatis gradibus sis coniunctus et propterea mulierem secundum generis tui decenciam, cui absque dispensacione apostolica possis matrimonialiter copulari, nequeas inuenire, Nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati tecum ut cum predicta Elizabeth aut alia quacunque muliere, que Tercio vel Quarto consanguinitatis vel Affinitates gradibus eciam ab utroque latere te contingit et cum eadem Elizabeth vel alia muliere huiusmodi ut tecum impedimento, quod ex consanguinitate vel affinitate huiusmodi prouenit ac generalis Concilii et aliis quibuscunque Constitucionibus apostolicis contrariis nequaquam obstantibus matrimonium hac vice contrahere et postquam contractum fuerit in eo remanere libere et licite ualeatis, auctoritate apostolica tenore prefencium de speciali gracia dispensamus prolem huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nunciantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensacionis infringere vel ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno decimo.

Gratis de mandato domini nostri pape
Jo. Vulpis.

Nach dem Originale des k. Geh. Staats-Archives.

49. Herzog Heinrich von Bayern schickt seinen Hofmeister an den Burggrafen Friedrich, den 16. Mai 1403.

Hochgeborner fürst, lieber Swager. Als ir vns aller nächst geschriben habt vmb vnser vitzumb vnd Hofmaister, daz wir ewch dy schikchen solden, vnd als ir sew mit